

199. Secundò. Dominus dat Petro claves regni cælorum, quæ sunt maximè ad viuificandum, & beneficiandum, vt illis cælestem ianuam hominibus aperiat. Nam cum Petrus summè diligeret Christum, etiam oues eius summè diligebat. At ipse Dominus sibi retinet claves mortis, & inferni, hoc est, vt explicat Andreas Cæsariensis, Richardus Victorinus, potestatem, vt Iudæos, Gentes, ac tyrannos, hostes suos, suæque Ecclesiæ, morte, ac gehenna puniat, eosque morte, ac inferno aequè, ac diabolum in æternum concludat Iurisdictionem, vt homines regat, tanquam oues fouendo, curando, medicamenque variis modis adhibendo, Petro concedit. At potestatem in aduersarios, vt eos extrema morte, sententia ac damnatione, & inferno obstruat; sibi Christus referuat, & homini non concedit. Nam si homini talis potestas daretur, forte cuncta in magno discrimine versarentur, & in interitum, ac præcipitium ruerent. Cum aliquando Petrus inter medios hostes cum ense se vidisset, *Exemit gladium suum, & percussit seruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.* Matth. 26. num. 51. Et nisi Domini præceptum vigeret, multos percuteret, & occideret.

200. Cum Christus Dominus iter faceret, voluit introire ciuitates Samaritanorù, eumque noluerunt recipere, quod cum vidissent Discipuli eius Iacobus, & Ioannes dixerunt; *Domine, vis, dicimus, vt ignis descendat de celo, & consumat illos.* Luc. 9. n. 54. Quæstio est omnibus expositoribus, Quod cum omnes Discipuli hæc vidissent, cur solum peculiariter Iacobus, & Ioannes sunt indignati, locuti, ac ignem mittere voluerunt. Respondet D. Ambrosius ad citatum locum. *Presumunt, quia ad sermonem suum ignis de celo descenderet, quia filij sunt tonitru.* Iacobo, & Ioanni in designatione Apostolorum *imposuit Dominus nomen Bo-anerges, id est filij tonitru.* Marc. 3. num. 13. Communis est Patrum vox, quod nomina imposta à Christo, non erant inania, & vacua, sed simul cum nomine dabatur virtus per ipsù designata. Cum ergo Iacobus & Ioannes ex suo nomine suam virtutè recognoscerent, magno affectu præsumunt, ac volunt, tamquam tonitru filij intonare, fulgurare, ignem in aduersarios mittere, vt eos disperderent, comburerent, ac in cineres redigerent.

QVÆSTIO XXVI.

Quare, cum potestas traditur aliis Apostolis, dicitur dari in celo: at Petro dicitur in regno cælorum?

201. **D**AT Dominus potestatem suis Apostolis in toto Orbe, & ait illis: *Quicumq; alligaueritis super terram, erunt & in celo: & quicumq; solueritis super terram, erunt soluta & in celo.* Matth. 18. num. 18. Confert Dominus potestatem Petro, & exprimitur dari ei in regno cælorum. *Tibi dabo claves regni cælorum.* Et iterum. *Et quicumq; ligaueris, erit ligatum & in calis.* Et iterum. *Et quicumq; solueris, erit solutum & in calis.* Cur aliis dicitur dari potestatem in celo singulariter, Petro verò in calis pluraliter?

202. Dubium excitat, & soluit Origenes homil. 9. in Matth. *Non modica differentia est, ait, quod*

Petro datae sunt claves, non vnius calis, sed multorum cælorum, vt quicumq; ligauerit super terram, sint ligata non tantum in vno celo, sed in omnibus calis. Ad eos autem, qui multi sunt ligatores, & saluatores in terra, sic dicit, vt soluant, vel alligent, non in calis, sicut Petrus, sed in vno celo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus, vt alligent, & soluant in omnibus calis. Confer modo potestatem Petri, & cæterorum Apostolorum: nam his dicitur dari potestas in celo, illi autem, non in celo, sed in calis, cælorumque regno: nullum est enim cælum, nullumque cælorum regnum, nullaque Christi Ecclesia, in qua non rutiler Princeps Apostolorum, supra omnia enim regna cælorum, super omnes Ecclesias super omnes homines.

Quamuis enim Apostoli acceperint à Christo Domino immediatè, iuxta citatum Matthæi locum, iurisdictionem, & potestatem necessariam ad suum munus administrandum in toto Orbe: Tamen hæc potestas data fuit Petro cum quadam supereminencia, & excellentia: nam potestas ita fuit data Petro, vt solus ipse haberet successores; aliis vero Apostolis data fuit per modum cuiusdam legationis personalis, quæ cum persona finitur; non enim Apostoli Apostolos creabant, sed Episcopos. Deinde Petro fuit data potestas super alios Apostolos: nam ipsi dictum est à Domino: *Pasce oues meas.* Ioan. 21. Apostoli oues erant Christi, & ideo dicitur cap. In nouo Testamento. dist. 21. & cap. Ita Dominus dist. 19. Petro esse datam potestatem vt capiti, cæteris vt membris. Idem habetur in cap. Cum beatissimus & cap. loquitur. 24. quæst. 1. Et hoc cum multis doctoribus late explicat Sotus in 4. dist. 1. art. 2. & lib. 1. de Iustitia quæst. 1. art. 3. Bellarminus lib. 4. de Pontif. cap. 23. Suarius lib. 4. de legibus cap. 3. num. 1. & 3.

Hæc ampla potestas data est Petro, eiusque successoribus. Primò vt sacramentalem absolutionem peccatorum in sacramento Pœnitentiæ dignis concedant, indignis verò denegent: æque vt & Eucharistiam, ac alia sacramenta, prout præexistit recipientis dispositio, administrent, vel prohibeant. Secundò vt lapsis pœnitentiam iniungant. Tertiò, vt Excommunicatione, aliisque censuris Ecclesiasticis reum innodent. Quartò vt legibus, ac præceptis, verbi gratia festorum, ieiuniorum, decimarum, &c. fideles constringant. Quintò, vt obligent Christianos fidei definitionibus, dum Pontifex à cathedra definit, & declarat, quid credendum, quidve, vt erroneum, ac hæreticum, respuendum sit. Sextò vt hominibus, fidelibus concedant indulgentias, quæ sunt quædam relaxationes pœnæ temporalis, debita pro peccatis actualibus iam dimissis. Septimò vt & concedant indulgentias pro defunctis, non per modum iuridicæ absolutionis, quia defuncti illis amplius non sunt subditi, sed per modum suffragij, vt Pontifex aperte solet exprimere in bullis, soluendo scilicet pro illis tantum ex thesauro Ecclesiæ, cuius Pontifex est dispensator, quantum pœnarum defuncti Deo debent. Ita S. Thom. Bo-nauentura, Alensis, Gabriel, Maior, Dominicus Soto, Petrus Soto, & alij, quos citant Suarius tom. 4. ad 3. p. disp. 51. sect. 1. num. 3. Bonacina disp. 6. de Indulg. punct. 6. num. 6.

Hinc Petrus ob tam amplam potestatem, à Deo datam, vt omni Ecclesia, in omni cælorum regno maximè venerandus est. Cum Princeps Apostolorum esset in carcere detentus, astat Angelus,

Potestas Pa-tri in omni Ecclesia.

203. Matth. 18.

Potestas Pa-tri quadam excellentia supra alios.

Ioan. 21.

Sotus. Bellarm. Suarius.

204.

Valde ampla Petri potestas.

S. Thomas, S. Sonau, Alensis, Gabriel, Maior, Domin. Soto, Petrus Soto, Suarius, Bonacina, 1

205. Venerandus Petrus ob suam potestatem.



CAPVT VI.

Increpatur Petrus à Iesu.

Matthæi 16. Tunc præcepit Discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus.

VERSIONES.

Vatablus. Tunc dixit Discipulis suis, ne cui dicerent, quod ipse esset ille Christus.

Syriacus. Vt nemini dicerent, ipsum esse Meschicho.

D. Chrysofom. Quia ipse est Christus. homil. 55.

ALTER TEXTVS.

Marci 8. n. 30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

Luca 9. n. 21. At ille increpans illos, præcepit, ne cui dicerent hoc.

EXPOSITIO I.

ONFESSVS fuerat Petrus, vt notat Euthymius, Christum verum esse Messiam, verumque Dei filium naturalem: cui confessioni Discipuli consenserant, quam & Christus Dominus probauit, commendauit, ac remunerauit dicens, *Beatus es Simon Bar-jona; eamque à Patre fuisse inspiratam, testificauit, Quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, Quibus narratis, & his, quæ de Pontificatu Petri sunt, immediatè scribit D. Matthæus, Præcepit, D. Marcus, Comminatus est, D. Lucas, Increpans, Græcus habet Interminatus est illis, hoc est astrictis, ac rigidis verbis adhibitis præcepit; nam illa verba comminatus, interminatus, increpans quandam vim in ipso præcepto imposito indicant, qua Dominus mandauit suis Discipulis, cognoscentibus, & confidentibus filium Dei, vt tacerent, & aliis non manifestarent vsque ad tempus prædefinitum, quando post Resurrectionem eius, vt palam id prædicarent, in mundum mittendi erant. Pro explicando huius prohibitionis motiuo sit.*

QVÆSTIO I.

Quare Dominus præcepit hinc, vt nemini dicant, ipsum esse Iesum Christum?

QUANTUM nec D. Marcus, nec Lucas admodum aperte expresserint id, quod Christus prohibuit Discipulis, ne aliis dicerent, tamen expressius scribit D. Matthæus, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Et quamuis D. Chrysofomus homil. 55. in Matth. & D. Ambrosius

Acto. 12.

Cornelius.

Chryloft.

& ait illi: *Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius.* Acto. 12. num. 7. Et post hæc statim Angelus cunctanter se habuit, ait enim illi: *Præcingere, & calcea te caligas tuas, & dixit illi, circunda tibi vestimentum tuum, Qui velocitatem impetabat, Surge velociter, quomodo statim tot moras nectit, vt præcipiat ei, cingere vestes, calceos, seu sandalia, vt alij volunt, assumere, & vestimentum circumdare; hoc est, vt explicat Cornelius, Tunica, seu super tunicam iniice pallium. Vnde ait D. Chrysofomus homil. 26. Nullus festinans, & euadere volens, tantam diligentiam adhibet, ita vt etiam sandalia accipiat, & se præcingat, Aduerte, quod Angelus festinationem impetabat, quandiu manus Petri vinculis erant ligatæ; at postquam catenæ ceciderunt de manibus eius, ab illisque sunt excussæ, statim cum mora ac cunctatione se habet Angelus. Valde durum, ac insupportabile erat illi vt sacræ illæ manus, tam ampla potestate plenæ, vinculis essent astrictæ, & alligatæ.*

QVÆSTIO XXVII.

Quare in hac potestate Petro tradita prius dixit Dominus ligare, quàm soluere?

206. **I**N CHRISTO Dominus Petro *Quodcumque ligaueris super terram, Deinde & secundo loco: Quodcumque solueris, Cur prius posuit ligare, quam soluere: cum hoc videatur cuiusdam benignitatis, illud vero rigoris signum, & Christus Dominus magno affectu rapiatur ad ea, quæ benignitatis sunt?*

207. Respondeo primò. Ex natura rei prius est ligare, quàm soluere; nam quidquid soluitur supponitur ligatum. Indèque, vt Dominus sermonem suum naturæ rei accommodaret, prius dixit ligare, quam soluere. Secundò. Cum soluere benignitatis sit; tamen ligare cuiusdam rigoris, ac austeritatis est. Agebat Dominus in præsentia de firmitate, ac constantia Ecclesiæ suæ, aduersus quam portæ infernorum non præualebunt, seu non vincunt eam; & vt aduersariæ potestates non præualeant, sed vt vincantur, ac prosterantur, plus proficit rigor, quàm benignitas; punitio, quàm clementia; nam cum inimici non ferantur amore, sed odio, inde non benignitatis signis, sed rigoris disciplinæ acquiescunt.

208. De Christo Domino vaticiniatur Psalmographus: *Reges eos in virga ferrea, Psalm. 2. num. 9.* seu, vt legit D. Hilarius, *Comeres eos;* alij apud Lorinum, *Vinces eos, Quomodo in virga ferrea dicitur eius regnum, cum de eius aduentu esset prædictum: Dominus dabit benignitatem, Psal. 84. num. 13. Descendet sicut pluuia in vellus, Psal. 71. num. 6.* Agitur in præsentia de Domini gubernatione. quoad potestatem iniquam, & tyrannicam, vt commentantur Brunonius, & alij. Indèque, non benignitas, sed durissimus rigor in virga ferrea prædicitur eis, vt ait D. Hieronymus. *Reges eos in virga ferrea, id est in dura disciplina, quia corda illorum tortuosa erant, ac proinde non clementia fuerunt emolenda, sed austeritate, ac duritie compescenda.*

Inimici non benigne, sed rigore subiectantur.

208. Psal. 2. Hilarius. Lorinus.

Psal. 74. Psal. 71. Inimici ferro domantur.

Brunonius.

Hieron.

205.

Venerandus Petrus ob suam potestatem.

Euthym.

Concordia summa inter Evangelistâ, Græcus.

2.

Chryloft. Ambros.

Victor Antiochen. Lacinus. Græcus. Hieron. Origen. Paschal.

in cap. 9. Luc. citans Matthæi locum, sic & Victor Antiochenus Marci 8. non legant illud Iesus: tamen illud habet Biblia latina, Correcta, & Græca, & D. Hieronymus, Origenes, Paschasius, & communiter alij. & idem est sensus. Prohibuit ergo, ne cui dicerent, se, quia proprio nomine dicebatur Iesus, esse Christum, & Messiam, ac filium naturalem Dei, vt confessus fuerat D. Petrus. Rationem huius prohibitionis inquirimus.

3. Ratio diff. cultatis.

Ioan. 1. 5. 7. & 8.

4. Abulens. Carthul. Tolerus. Ne passioni poneretur impedimentum.

Ioan 6.

Luc. 7. Matth. 21.

Explicatur ex cap. D. Luc.

I. Origen. Chrysoft. Hieron. Euthymius. Theophyl. Paschal. Beda. Thomas. Caietan. Malden. Barradas. Burgenfis. Corneli. Chrysoft.

Fides semel amissa difficile recuperatur.

6.

Cur Christus prohibet modo suis Discipulis, prædicare, & annuntiare, ipsum esse verum Messiam, verum que filium Dei, cum Ioannes Baptista sit præmissus, hoc annuntians, & testificans Ioan. 1. à num. 23. Et Christus idem de se palam dixerit, ac pronunciauerit Ioan. 5. à num. 17. & Ioan. 7. 8. & aliis in locis? Primò Respondent Abulensis quæst. 94. Carthusianus, Toletus in c. 9. Luc. ann. 42. Christum præcepisse Discipulis, vt nemini dicerent, ipsum esse Christum, ac filium Dei, ne passioni opponeretur impedimentum. Sin enim cognouisset, nunquam gloria dominum crucifixissent. Tamen hæc ratio non multum urget: quamuis enim Discipuli aperte testificarent, suum Magistrum esse verum Messiam, & filium Dei, nec hoc ita persuaderent, vt vehemens Pharisæorum, & Scribarum odium, & inuidiam extinguerent; nec enim illud mitigaui præclara Christi prædicatio locis citatis; nec Ioannis Baptiste annuntiatio; nec vox populi proclamantis: Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Ioan. 6. num. 14. Et iterum Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Luc. 7. num. 16. nec pueri clamantes. Hosanna filio Dauid. Matth. 21. num. 16. Quæ Messie erat propria proclamatio. Nec contra hoc obstat textus Lucæ. Et increpans illos, præcepit, ne cui dicerent hoc: dicens, quia oportet filium hominis multa pati. Illud Quia videretur reddere causam prohibitionis, oportet multa pati: nõ obstat, ne cui diceret hoc, quòd scilicet Petrus testificauerat; deinde Euangelista scribit dicens, tanquam addens, & subiiciens nouam rem. Particula Quia non indicat causam, sed est veluti declaratio, & idem est, ac quod, vt frequenter fit in Scriptura.

Secunda, & est valde celebris sententia Patrum, Origenis tract. 1. in Matth. D. Chrysofomi homil. 55. in Matth. D. Hieronymi hoc loco, Euthymij, Theophylacti, Paschalis, Bedæ, D. Thomæ, Caietani, & aliorum, quam sequuntur Recentiores Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenfis, Cornelius, & alij qui docent, quòd ante passionem voluit Dominus palam per Apostolos euulgari, ac prædicari, ne tenera fides, hominum animis in sita, ab eis esset euulsa scandalo imminētis mortis, ac passionis eius: quæ fides semel deperdita, valde difficillimum esset, vt postea in auditorum animos reuocaretur, nam, vt ait D. Chrysofomus citatus, Quod iam radices agit, si euulsum fuerit, non facile potest iterum plantatum pululare. Ad hanc ergo prædicationem Apostolorum, expectandum fuit opportunum tempus, vt non solum fides mortis, sed etiam resurrectionis, ac gloriæ, ac omnium aliorum mysteriorum prædicaretur, vt sic facilius reticeretur. Quantum autem fides tempestate mortis, ac crucis sit perturbata, ipsa Discipulorum facta, è quibus vnus negauit, ceteri fugerunt, satis probant. Hæc sententia ob tantos Patres maxime veneranda est.

Tertiò. Sic rem explicò. Voluit Christus Do-

minus à principio ea agere, per quas rebus ipse se ostenderet verum esse Messiam, ac verum filium Dei naturalem, & hoc etiam ipse, qui est sapientia æterna, & facile Iudæos confundebar, sæpè dixit, ac prædicauit, vt tanta veritas Catholica suo testimonio esset comprobata. Hanc autem veritatem suis Discipulis ante Diuini Paracliti aduentum, noluit committere ad prædicandum. Discipuli optimè cognoscebant, & credebant Christi diuinitatem; tamen si ipsi hanc veritatem apertè prædicarent, malignantium Iudæorum inuidia multa argumenta contra hanc veritatem opponeret, & obiceret, vt fiebat Christo prædicante, à quibus argumentis tunc Discipuli, vt pote adhuc imperfecti, non facile se expedirent, non enim pro eo tempore capiebant Scripturas, nam post Resurrectionem Aperuit illis sensum, vt Scripturas intelligerent. Luc. 24. num. 45. nec adhuc erant edocti à Diuino Spiritu. Ergo ad hanc prædicationem Apostolorum expectandum fuit opportunum tempus, vt ipsi à sancto Spiritu illustrati Scripturas intelligentes Christum Iesum verum esse Messiam prædicarent, ac annuntiant, quando tunc ipsi optimè difficultates contra fidem oppositas soluebant, extricabant, ac comminuebant. Sic ait Euthymius in cap. 16. Matth. Inmissurus erat Spiritus sanctus intellectum Discipulis, & tunc omnibus publicari volebat diuinitatis, & passionis sue mysterium.

Confirmatur. Nam post Resurrectionem Christus mandauit Discipulis, Ierolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. Et paulo post ait illis: Accipietis virtutem superuenientis in vos Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad vltimum terra. Act. 1. num. 8. Postquam acceperint virtutem superuenientis Spiritus, tunc mandat eis, vt sint sui prædicatores, & annuntiatores: de qua re differens D. Bernardus serm. 8. in Cantica, ait: Indutum virtute ex alto nulla vis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit, vel stantem deuincere, vel subiicere dominantem.

Hanc sententiam me docuit magnus Ambrosius in cap. 9. Lucæ, explicans, Quare Dominus præcepit vt nemini dicerent hoc. Sic ait: Multis ex causis Christus iubet tacere Discipulos, vt fallat principem mundi, vt declinet iactantiam, doceat humilitatem, simul ne rudes, & imperfecti adhuc Discipuli maxime prædicationis molibus opprimantur. Pondera vltima verba pro nostro statuto. Ergo ne rudes Discipuli tanta mole prædicationis opprimerentur, induendi fuerunt virtute superuenientis Spiritus, vt postea dicerent, & prædicarent.

QUESTIO II.

Tractatur eadem quæstio quoad sensum morale.

Superiori quæst. tractata est difficultas in sensu litterali, nunc de sensu morali agimus. Et respondet Primò D. Hieronymus in Epist. de vera circumcissione. Manu, se inuentum esse, quam proditum, vt virtus sua illum, non fauor manifestet alienus. Venit Dominus Iesus in mundum, vt se esse Christum, & verum filium Dei omnibus manifestaret: tamen mandat Discipulis vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Inten

Veritas expositio.

Luc. 24.

Prædicatio committenda viro illustrato, & Scripturas intelligenti.

Euthym.

7.

Act. 1.

Bernardus.

8.

Ambros.

9.

Hieron.

Magnus decor, quod propria gloria alterius fauore non eget.

10. Origenes.

Christus præ amore sine Cruce, & passione suam gloriam perfectam, ac plenam non indicat.

11. Passio gloria ornamentum.

Luc. 24.

12.

Cruce interra, & lux ad intelligenda fidei mysteria.

Intendebat Dominus, vt sui notitia non deberetur humanis, ac alicuius fauoribus, decerneretur, se propria virtute, ac operibus monstrari, vt virtus sua illum, non fauor manifestet alienus, Magnorum virorum est, vt propria gloriæ diuulgatio; non alienæ gratiæ, ac acclamationis, sed propriæ virtuti credatur. Et hoc magnus decor, vt eorum decantatio alterius fauori non debeatur, cum propria virtus, quandiu præfens existit, ad eorum publicationem large abundans consistat.

Secundò Origenes tract. 1. in Matth. Mandat, ait, Discipulis, vt nemini dicant. Inutile enim est, ipsum prædicare, Crucem autem eius tacere. Propterea volens postmodum perfectius prædicari, præcipit, vt nemini dicerent, quia ipse est Christus: & præparabat eos, vt postmodum dicant, Quoniam ipse est, qui Crucifixus, & mortuus est. Duas rationes subiicit ingeniosus doctor, cur Dominus tam rigidè præcepit Discipulis, vt nemini dicerent, ipsum esse filium Dei. Vnam, Inutile est, ipsum prædicare, Crucem autem eius tacere, Alteram, Volens postmodum perfectius prædicari. Si de eo prædicaretur, ac testificaretur, quòd esset Christus filius Dei naturalis, ac verus Messias, inutilis, & imperfecta esset prædicatio. Quid maius, & sublimius dici poterat? In tantum præ amoris magnitudine æstimat, ac appendit Crucis, mortis, ac passionis ærumnas, vt omnem gloriam, ac honorem, ei delatum, quodammodo inutilem, ac imperfectum censeat, nisi Crucis, ac passionis suæ ornamentis condecoretur. Inutile est, ipsum prædicare, Crucem autem eius tacere. Quandiu ergo contumeliæ mortis differuntur, & Crucem non ascendit, Discipulis præcipit, vt taceant, volens postmodum perfectius prædicari. Quasi quòd supremæ maiestatis gloria non videatur ei utilis, & perfecta, nisi à passione condecoretur. Mandat, vt nemini dicant, quòd ipse est Iesus Christus; non enim vult, vt gloria sua quodammodo imperfecta annuntietur, sine Cruce, ac morte eam veluti plenam, ac consummatam non reputat, cuius eximium decus ab ipsa passione purpuræscit.

Tertiò ad eadem verba, Inutile est, ipsum prædicare, Crucem autem eius tacere, Mandat, vt nemini dicant, quòd ipse est Iesus Christus, idest verus filius Dei, verusque Messias; ac si omnis gloria ærumnis passionis condecoretur, quasi supremæ maiestatis gloria, ante expertas mortis contumelias, inutilis quodammodo censeatur; acsi antecedentes ignominie sint præclarum felicitatis ornamentum, & à dolorum acerbitate gloriæ decus venissetur: nam si felicitas ante passionem contingat, non condecorat possessorem, vt benemeritum, sed vt felicem; felicitas apud homines fortunæ casus reputatur, non verò meriti dignitas: hæc enim per pressuras comparatur. Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Luc. 24. num. 26.

Quartò ad eadem verba. Inutile est, ipsum prædicare, Crucem autem eius tacere; præcipit, vt nemini dicerent, quia ipse est Christus, & præparabat eos, vt postmodum dicant, Quoniam ipse est Christus, qui crucifixus est. Verat Dominus, vt ipse à suis Discipulis annuntietur in mundo, quandiu ipse Crucem non ascendit, quandiuque ipsa crux non est prædicanda: nam sine Cruce perfectè non prædicatur: ipsaque Crux præparat intellectum ad eius verba percipienda, & tanquam lux inseruit ad sermones eius intelligendos, ac percipiendos.

Cum Paulus multis erroribus teneretur, à Domino in via est prostratus. Et cum exinde tanquam cæcus nihil videret, mittitur ad eum Ananias, vt ab ipso confortatus, manuum impositione, visum recipiat. Cùmque ille venisset ad eum, Imponens ei manus dixit: Saul frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto, & confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squammæ, & visum recepit, Act. 9. num. 17. Vt infidelitatis squammæ, quæ erant tanquam piscis squammæ, vt voluit Lyrannus, & Caietanus, à Paulo depellantur, manus ei imponuntur, nam impositione manuum visum recepit, vt docent Chrysofomus, & Carthusianus. Cur ad hoc Ananias non potius insufflauit, vt Parens meus Elias ad vitam puero dandam? vel cur non amouit baculum, vel pallium suum extendit, vt Elisæus pallium Eliæ? Cur manus imponit? Imposuit manus signo Crucis exhibitio, quo nihil est vtilius, ac aptius ad infidelitatis tenebras propulsandas, ad lucera, ac cognitionem in fide, ac rebus supernaturalibus infundendam. Germanus Ierolymitanus Orat. In Crucis adoratione apud Grethemerum tom. 2. Oculis priuatus Paulus, ait, qui recta non intuerentur, sed solum distorta, obliqua, & reflexa diligere: nam squammæ, quæ de oculis eius ceciderant, serpentina squammæ esse videbantur, & totum Christum in se recepit, & simul cum Cruce lenatur. Cum signo Crucis à cæcitate ad mirabilem cognitionem eleuetur.

Agens Dominus de Iudicis aduentu, in cuius conspectu omnia sunt manifestanda, ait: Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stella de celo cadent, & virtutes celorum commouebuntur: & tunc apparebit signum filij hominis, Matth. 24. num. 29. Veniet Iudex, vt omnium intima, ac etiam occulta cordium patefiant: & tamen omnes mundi lampades extinguuntur, Sol, Luna, & stellæ à suo fulgore spoliantur: nunquid sine luce aliquid potest manifestari? Si omnia mundi lumina suo splendore priuantur, quomodo patebunt vniuersa omnium corda? Apparebit tunc signum filij hominis, apparebit Crux, quæ splendor est Sole, Luna, altris in cuius comparatione cuncta mundi lumina abscondita manent, & minime valent etiam tenuiter scintillare. D. Chrysofomus homil. in Crucem, & Laronem tom. 6. Tunc, ait, Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum. Tanta erit tunc lucis copia, vt etiam lucidissima sidera sint abscondenda, Nam & stella cadent, & tunc apparebit signum filij hominis in celo. Vides quanta sit excellentia huius signi, quanta claritas, quantum fulgor? Sol obtenebrabitur, Luna non splendet, astra cadent, illud verò solum apparet, vt intelligas, illud & Luna splendidum, & Sole fulgentius esse.

QUESTIO III.

Quare Dominus hic præcipit, vt nemini dicant, ipsum esse Iesum Christum, cum Matth. 10. mandauerit annuntiare, regnum Dei appropinquare?

Hæc difficultas valde communis est. Præcipit hic Dominus, vt Discipuli nemini dicant, ipsum esse Christum, hoc est verum Messiam. At

13.

Act. 9.

Lyrann. Caietan. Chrysoft. Carthul.

Signo Crucis illuminatur Paulus.

Germanus.

14. Matth. 24.

Cruce splendor Solis, & Luna.

Chrysoft.